Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Liber nonvs de lingvis gentivm [...]

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

appellantur. Apuleius autem ait·eos cata antifrasin dici manes hoc est mites ac modestos· cum sint terribiles & immanes· ut parcas·ut eumenides. ¶ Laruas ex hominibus factos demones aiunt·qui meriti mali fuerint. Quarum natura esse dicit·terrere paruulos·& in angulis garrire tenebrosis ¶ Lamias quas fabu le tradunt infantes corripere ac laniare solitas a laniando specia/ liter dictas ¶ Pilosi qui graece panite·latine incubi appellantur· siue a vi ab ineundo passim cum animalibus. Vnde & incubi dicuntur ab incumbendo hoc est stuprãdo. Sepe enim im,pbi existunt &iam mulieribus·& earum peragũt concubitũ· quos demones galli dusias nuncupant· quia assidue hanc peragunt immundiciam. Quem autem vulgo incubonem vocant· hunc romani faunum ficarium dicũt·ad quem oratius dicit. Faune nimpharum fugientium amator. Per meos fines et aprica rura lenis incedas Finit liber ordine. Octauus

¶ INCIPIT · LIBER · NONVS DE·LINGVIS · GENTIVM

LINGVARVM·DIVERSITAS·EX ORTA · EST · IN · EDIFICATIO/ NE · TVRRIS · POST · DILVVIũ. Nam priusq̃m superbia turris illius in di uersos signoꝝ sonos humanã diuideret so cietatem·vna omniũ nationũ lingua fuit· quae hebrea vocatur·qua patriarche & prophete vsi sunt nõ so/ lum in sermonibus suis·verum &iam in litteris sacris ¶ Initio autem quot gentes tot lingue fuerunt. Deinde plures gẽtes q̃m lingue·quia ex vna lingua multe sunt gentes exorte. Lingue au tem dicte in hoc loco pro verbis quae per linguam fiũt· genere locutionis illo·quo is qui efficit per id quod efficitur nominat̃ sicut os dici solet pro verbis·sicut manus pro litteris ¶ Tres au/ tem lingue sunt sacre·hebrea·graeca·latina·quae toto orbe maxi me excellunt. His enim linguis tribus super crucem domini a pilato fuit causã eius scripta. Vnde propter auctoritatem vel ob scuritatem sanctarum scripturarum· harum trium linguarum cognitio necessaria est· ut ad alteram recurratur·dum siquã du/ bitationem nominis vel interpretationis sermo vnius linguae

attulerit. Greca autem lingua inter ceteras gentium clarior habetur·est enim & latinis & omnibus linguis sonantior. Cuius varietas in quinq; partibus discernitur. Quarum prima dicitur tenedo id est mixta·siue communis·qua omnes vtuntur. Secúda attica·videlicet athenienſis·qua vſi ſunt omnes grecie auctores. Tercia dorica·quam habent aegiptii & ſiri. Quarta ionica. Quinta eolica·qua ſe eoliſti locutos dixerunt. Et ſunt in obſeruatione graece linguae eiuſmodi certa diſcrimina. Sermo enim eorum ita eſt diſpartitus. Latinas autem linguas quatuor eé quidam dixerunt·id eſt· priſcam·latinam· romanam· mixtam. Priſca eſt qua vetuſtiſſimi italie ſub iano et ſaturno ſunt vſi·incondita ut ſe habét carmina ſaliorum. Latina· quam ſub latino & regibus tuſci & ceteri in latino ſunt locuti· ex qua fuerút·xii· tabule ſcripte. Romana que poſt reges exactos·a populo romano cepta eſt·qua neuius·plautus·ennius·virgilius poete·ex oratoribus graccus & cato & cicero vel ceteri effulſerunt. Mixta q̃ poſt imperium latius promotũ· ſimul cum moribus & hominibus in romanam ciuitatem irrupit·integritatem verbi per ſoleociſmos & barbariſmos corrumpens. Omnes autem orientis gentes in gutture linguam et verba collidunt·ſicut hebrei & ſiri. Omnes mediterranee gentes in palato ſermones feriũt·ſicut greci & aſiani. Omnes occidentis gẽtes verba in dentibus frangut·ſicut itali & hiſpani. Siriis & chaldeis vicinus hebreo eſt in ſermone conſonans in pleriſq; et litterarum ſono. Quidam autem arbitrãtur linguam ipam eſſe chaldeam· quia abraham de chaldeis fuit· q̃ ſi hoc recipitur· quomodo in daniele hebrei pueri linguam quam nouerant doceri iubentur. Omnem aũt linguã vnuſquiſq; hominum ſiue grecam·ſiue latinam· ſiue ceterarum gentium· aut audiendo poteſt tenere·aut legẽdo·aut ex p̃ceptore accipere. Cum autem omnium linguarum ſcientia difficilis ſit· cuiq̃m·nemo tamen tã deſidioſus eſt·ut in ſua gente poſitus ſue gentis linguam neſciat· nam quid aliud putandus eſt· niſi animalium brutorum deterior? Illa enim proprie vocis clamorem exprimũt·iſte deterior q̃ ꝓprie lingue caret noticia. Cuiuſmodi autem lingua locutus eſt deus in principio mundi cum diceret Fiat lux·difficile eſt inuenire·nondum enim erant lingue. Item qua lingua inſonuit poſtea exterioribus hoim auribus maxie ad primum hominem loquens·vel ad prophetas·vel dum cor/

poraliter insonuit vox dicentis dei. Tu es filius meus dilectus.
vbi a qbusdam creditur illa lingua vna et sola que fuit anteqm
esset linguarum diuersitas. In diuersis autem gentibus creditur·
qp eadem illis deus lingua loquatur· qua ipi homines vtuntur·
ut ab eis intelligatur. Loquitur autem deus hominibus nō per
substantiam inuisibilem·sed per creaturam corporalem·per quā
&iam & hominibus apparere voluit·quando locutus est. Di/
cit autem apostolus. Si linguis hominum loquar & angelorū
Vbi queritur qua lingua angeli loquantur·non qp angelorum
alique lingue sint·sed hoc per exaggerationē dicitur. Item que/
ritur qua lingua in futurum homines loquantur nusqm repe
ritur. Nam dicit apostolus. Siue lingue cessabunt. Ideo autem
prius de linguis· ac deinde de gētibus posuimus·qa ex linguis
gentes non ex gentibus lingue exorte sunt

De. Gentium vocabulis Ca·ii

Gens est multitudo ab vno pncipio orta· siue ab alia
natione secūdum propriam collectionem distincta·
ut graecie·asie. Hinc et gentilitas dicitur. Gens appel
lata propter generationem familiarum· id est a gignendo· sicut
natio a nascendo Gentes autem a quibus diuisa est terra·xv·
sunt·de iaphet·xxx·& vna·de cham·xxvii·de sem·q̄ fiūt·lxx·tres
vel potius ut ratio declarat·lxxii·totidemqs linguae· q̄ per terras
esse ceperunt·queqs crescendo prouincias & insulas impleuerūt
Filii. Sem quinqs singulariter·gentes singulas procreauerūt·
Quorum primus elam·a quo elamite principes persidis. Secū/
dus assur·a quo assiriorum pullulauit imperium. Tercius arfax
at·a quo gens chaldeorum exorta est. Quartus ludi·a quo lidii
Quintus arā·a quo siri·quorū metropolis fuit damascus. Filii
aram nepotes sem quatuor· hus & vl· & gether & mesa. Hus
traconitidis conditor·qui inter palestinam & celesiriam tenuit
principatum. Vnde fuit iob·secundum quod scriptum est. Vir
erat interra hus noīe iob. Secundus vl· a quo armenii. Tercius
gether·a quo carmenii siue carie. Quartus mesa·a quo sunt hi q
vocātur meones. Posteritas arfaxat filii sem. Heber nepos arfax
at·a quo hebrei sunt. Iectan filius heber·a quo indorū orta gēs ē
Sale filius iectan·a quo bactriani·licet eos alii scitharum exules
suspicentur. Ismahel filius abraham·a quo ismahelite·qui nunc
corrupto nomine sarraceni· quasi a. Sara· & agareni ab. Agar.

Nabaioth filius ismahel·a quo nabathei·q ab effrata in mari ru
bro inhabitant. Moab & ammon filii loth· a quibus moabite
et ammonite ¶ Edom filius esau a quo idumei. He sunt gentes
que de sem stirpe descendunt·possidentes terram meridianam·
ab ortu solis vsq; ad fenices ¶ Filii cham quatuor·ex qbus or/
te sunt gentes he chus·a quo ethiopes ,pgeniti. Mesraim·a quo
egiptii perhibentur exorti. Futh a quo libii. Vnde & maurita/
nie fluuius vsq; in praesens futh dicitur· omnisq; circa eũ regio
futhensis. Chanaan a quo afri & fenices & chananeorũ decem
gentes. Item ex nepotibus cham·filii chus nepotes cham sex. Fi/
lii chus saba & eiulath regma saba chusa. Saba a quo progeniti
& appellati sabei·de quibus virgilius. Solis est thurea virga sa/
beis. Hi sunt & arabes. Eiulath a quo getuli in pte remotioris
affrice heremo coherentes. ¶ Sabatha a quo sabathei· qui nũc
astabari nominantur. Regma vero & saba & cusa paulatim an/
tiqua vocabula perdiderunt· & quae nunc a veteribus habeant
ignoratur. Filii regma saba & dadan. Hic autem saba per sin lit
teram scribitur in hebreo. Ille autem superior saba per samech
a quo appellantur sabei. Vocatur autem nũc saba arabia ¶ Da/
dan a quo gens est ethiopie in occidentali plaga. Filii mesraim
¶ Labin a quo libii·qui quõdam futhei vocabãtur ¶ Cesloim
a quo philistim·quos veteres allophilos· nos mõ corrupte pa/
lestinos vocamus. De allophilis cetere sex gentes ignote sunt· q
boello ethiopico subuerse atq; ad obliuionem preteritorum no/
minum peruenerunt. Filii chanaan· xi·ex quo chananeorum
decem gentes· quorum terram his expulsis iudei possederunt.
¶ Quorum primogenitus sidon·a quo sidones. Vnde & vrbs
eorũ in fenice sidon vocatur ¶ Secundus eth·a quo ethei ¶ Ter
cius iebus· a quo iebusei·quorum fuit hierusalem. ¶ Quartus
Amorreus·a quo amorrei ¶ Quintus. Gergeseus·a quo gerge/
sei ¶ Sextus. Eueus·a quo euei·ipsi sunt gabionite· a ciuitate ga
baon·qui supplices venerunt ad iohesum ¶ Septimus aracheus
qui archas condidit oppidum contra tripolim· in radicibus li/
bani situm ¶ Octauus aseneus·a quo asenei ¶ Nonus aradius
a quo aradii sunt·qui aradum insulam possederũt·angusto fre/
tu a fenicis littore separatam. ¶ Decimus. Amareus·a quo sirie
nobilis ciuitas·quae vocatur celes ¶ Vndecimus amatheus. He
sunt gẽtes de stirpe chanaã·que a sidone vsq; ad gaditanũ fretũ

omnem meridianam partem tenet. ¶ Item tribus filiorũ iafeth
Filii autem iafeth·vii·nominantur Gomer·a quo gallate vel
galli ¶ Magog a quo arbitrantur scithas & gothos traxisse ori
ginem ¶ Madai a quo medos existere putãt ¶ Iuuan a quo io/
nes·qui & graeci. Vnde & mare ionium ¶ Tubal a quo hiberi
qui & hispani·licet q dam ex eo & italos suspicentur ¶ Mosoch
ex quo capadoces sunt. Vnde & vrbs apud eos vsq; hodie maze/
ta dicitur. ¶ Tiras ex quo traces·quorum non satis immutatũ
vocabulum est·quasi tiraces. ¶ Filii gomer nepotes iafeth asca/
naz·a quo sarmate·quos graeci reginos vocant. ¶ Ritan a quo
paflagonas ¶ Gotorna a quo sunt friges ¶ Filii iuuan. Elisa·a
quibus graeci helisei·qui vocantur eolides. Vnde & lingua quita
graece eolis appellatur ¶ Tharsis a quo cilices·ut iosephus arbi/
tratur. Vnde & metropolis ciuitas eorũ tharsis dicitur ¶ Cethim
a quo cethei id est cipri·a quibus hodieq; vrbs scithia noiatur.
¶ Dadani a quo rhodii. Ile sunt gentes de stirpe iafeth·que a
thauro monte ad aquilonem mediam partem asie & omnem
europam vsq; ad oceanum britannicum possident· nomina &
locis & gentibus relinquẽtes· de quibus postea immutata sunt
plurima·cetera permanent ut fuerunt. Nam multarũ gentium
vocabula partim permanserunt·ita ut hodieq; appareat vnde fu
erint deriuata· sicut ex assur assirii·ex heber hebrei. Partim vero
temporis vetustate ita mutata sunt· ut vix homines doctissimi
antiquissimas historias perscrutantes· nec omnium·sed aliqua/
rum ex istis origines gentium potuerint reperire. Nam q; ex fi
lio cham qui vocatur mesraim egiptii sint exorti·nulla hoc reso
nat origo vocabuli·sicut nec ethiopum qui dicuntur ad eum fi/
lium cham pertinere qui chus appellatus est. Et si omnia consi
derentur· plurima tamen gentium mutata q̃m manentia voca/
bula apparent· quibus postea nomina diuersa·diuersa dedit ra/
tio ¶ Nanq; Indi ab indo flumie dicti sunt·qui ab occidentali
parte eos includit ¶ Seres a proprio oppido nomẽ sortiti sunt·
gens ad orientem sita·apud quos de arboribus lana contexitur
de qbus est illud. Ignoti facie·sed noti vellere seres ¶ Gangaride
populi sunt inter assirios indosq; inhabitantes circa gangen flu
uium. Vnde & gangaride nuncupati sunt ¶ Hircani dicti sunt
a silua hircania·vbi sunt plurimi tigres ¶ Bactriani scite fuerũt·
qui suorum factione a sedibus suis pulsi· iuxta bactron orietis

fluuium consederunt· ex cuius vocabulo & nomen sortiti sunt
Huius gentis rex fuit zoroastres·inuetor magice artis ¶ Parthi
quoq; & ipsi ab scithis originem trahunt. Fuerunt enim eorũ
exules· quod & iam vocabulo eorum manifestatur. Nam scithi/
co sermone exules parthi dicuntur. Hi similiter ut bactriani do
mesticis seditionibus scithia pulsi·solitudinem iuxta hircaniam
primum furtim occupauerunt·deinde pleraq; finium etiam vir
tute optinuerunt ¶ Assirii ab assur filio sem vocati·gens poten/
tissima· que ab eufrate vsq; ad indorum fines omnem in medio
tenuit regionem ¶ Medi a rege suo cognominati putãtur. Naq;
iason peliaci regis frater apelie filius thessalia pulsus est cũ me/
dea vxore sua· cuius fuit priuignus medus rex atheniensium·q
post mortem iasonis oriẽtis plagam perdomuit· ibiq; mediam
vrbem condidit· gẽtemq; medorum nomine suo appellauit· sed
inuenimus in genesi q; madai auctor gẽtis medorũ fuit· a quo
& cognominati·ut superius dictũ est ¶ Perse a perseo rege sunt
vocati·qui e grecia asiam transiens·ibi barbaras gentes graui di/
uturnoq; boello perdomuit·nouissime victor subiecte genti no
men dedit. Perse autem ante cirum ignobiles fuerũt· & nullius
inter gentes loci habebantur. Medi semper potentissimi fuerũt.
¶ Chaldei qui nunc chaldei vocantur a caseth filio nachor fra
tris abrahe cognominati sunt. ¶ Sabei dicti a notoi cecbectai·
quod est supplicare & venerari· quia diuinitatem per ipsorum
thura veneramur. Ipsi sunt & arabes· quia in montibus arabie
sunt·qui vocantur libanus & antilibanus vbi thura colligunt·
¶ Siri a surim vocati perhibentur· qui fuit nepos abraham ex
cetbura. Quos autem veteres assirios nunc nos vocamus siros
a parte totum appellantes ¶ Hebrei vocati sunt ab heber·q pro
nepos fuit sem. ¶ Israhelite vero ab israhel filio ysaac. Nã patri/
archam hebreorum constat fuisse israhel·a quo·xii·tribus israhe
lis vocabulum sortiti sunt. ¶ Iudeis autẽ scissura decem tribuũ
nomina imposuit. Nam antea hebrei siue israhel nuncupabãtur
Ex quo autem in duo regna dei populus diuisus est· tunc due
tribus que de stirpe iuda reges habebant iudeorum nomen sor/
tite sunt. Reliqua pars decem tribuum·quae in samaria sibi regẽ
constituit·ob populi magnitudinem pristinum nomẽ retinuit
israhel. ¶ Samaritanorum genus sumpsit exordium ab assiriis·
qui transmigrati habitauerũt in samaria·q latine interpretãtur

custodes· eo q̃ captiuato israhel· isti in terram regionis eorũ ad
custodiam collocati sunt ¶ Fenix cathmi frater de thebis egip/
tiorum in siriam profectus apud sidonem regnauit·cosq; popu
los ex suo nomine fenices· eamq; prouinciam feniceam nuncu/
pauit ¶ Sidones autem a ciuitate que vocatur sidon traxisse vo/
cabulum perhibẽtur. ¶ Sarraceni dicti·vel quia ex sara genitos
se predicent. Vel sicut gentiles aiunt q̃ ex origine sirorum sint·
quasi sirigine. Hi per amplam habitant solitudinem. Ipsi sunt
& ismahelite· ut liber geneseos docet q̃ sint ex ismahele. Ipsi ce/
dar a filio ismahelis. Ipi agareni ab agar·q̃ ut diximus peruerso
nomine sarraceni vocantur·quia ex sara se genitos gloriantur.
¶ Philistei ipi sunt palestini·qa·p·litteram sermo hebreus nõ
habet·sed pro eo greco vtitur. Inde philistei pro palestinis di/
cuntur· a ciuitate vtiq; sua. Idem & allophili·id est alienigene·
ob hoc quia semper fuerunt inimici israhel· & longe ab eorum
genere ac societate separati ¶ Chananei appellati de chanaan fi/
lio cham·quorum terram iudei possederunt. Ex cuius origine
fuit emor pater sichem·a quo amorrei sunt nũcupati ¶ Egiptii
ab egipto quodam rege suo vocati sunt. Nam antea aerii voca/
bantur. Interpretantur autem lingua hebraica egiptii affligẽtes·
eo q̃ afflixerint dei populum prius q̃m diuino auxilio liberarẽ/
tur. ¶ Armenius ex thessalia vnus de numero ducum iasonis·
qui ad colchos profecti sunt recollecta multitudine·que amisso
rege iasone passim vagabatur·armeniam condidit· getiq; ex suo
vocabulo nomen dedit. Limes est persicus qui scithas ab eis di
uidit ¶ Scitha cognominatus a quodam limite scithe a q̃bus/
dam perhibentur vocati· gens antiquissima semper habita. Hi
parthos bactrianosq; femine autem eorum amazonum regna
condiderunt. ¶ Massagete ex scitharum origine sunt. Et dicti
massagete quasi graues· id est fortes gete. Nam sic liuius argen/
tum graue dicit id est massas. Hi sunt q̃ inter scithas atq; alba/
nos septentrionalibus iugis inhabitãt. ¶ Amazones dicte sunt
seu q̃ simul viuerẽt sine viris·quasi amazon·siue q̃ adustis dex
terioribus mammis essent· ne sagittarũ iactus impediret quasi
aneymazoi. Nudabant enim quam adusserant mammam. Has
tacianus vnimãmas dicit. Nã hoc ẽ amazon quasi anesmazon·
id est sine mamma. Has iam non esse·q̃ earum partim ab her/
cule· partim ab achille· vel ab alexandro vsq; ad internetionem

delete sunt in partes asiatice. Scithice gētes que posteras se iaso/
nis credunt·albo crine nascuntur·ab assiduis niuibus & ipsius
capilli color gēti nomē dedit·& ideo dicunt̄ albani. Nox glauca
oculis id est picta inest pupilla· adeo ut nocte plus q̄m die cer/
nant. Albani autem vicini amazonibus fuerunt. ¶ Hunos ātea
hunnos vocatos·postremo a rege suo auares apellatos· q prius
in vltima meotide inter glacialem tanaim & massagetarū im/
manes populos habitauerunt· deinde pernicibus equis caucasi
rupibus feras gentes alexandri claustra cohibentes ruperunt·&
orientem·xx·annis tenuerunt captiuū·& ab egiptiis atq; ethio/
pibus annuum vectigal exegerunt. ¶ Troianorum gens antea
dardania a dardano rege nominata. Nam dardanus et iasius fra
tres e graecia profecti·ex his iasius ad traciā·dardanus ad frigiā
peruenit· ibiq; primus regnauit. Post quem filius eius erictho/
nius·deinde nepos eius tros·a quo troiani nūcupati sunt ¶ Ga
lathe galli esse noscunt̄·qui in auxilium a rege bithinie euocati
regnum cum eo peracta victoria diuiserunt· sicq; deinde grecis
admixti·primum gallogreci·nunc ex antiquo gallorum nomie
galathe nuncupantur. ¶ Graeci ante thessali a thessalo·postea a
graeco rege graeci sunt nuncupati. Nam graeci proprie thessali
sunt ¶ Laphitas autem gentē thessalie fuisse aiunt circa penion
amnem olim inhabitantem·a laphita appollinis filia nuncupa/
tos ¶ Sicioni graeci sunt·nuncupati a sitione rege. Hi primum
agialei vocabantur a rege agialio· qui primus sicionis impera/
uit. A quo & agealia ciuitas nuncupata est·quae nunc pelopo/
nensis vocat̄·a pelopo rege suo. Ipsi sunt et archades ab archade
rege iouis & caliste filio dicti ¶ Danai a danao rege vocati. Idē
& argiui·ab argo conditore vocati. Postq̄m autem rex grecorū
apis mortuus est·huic filius argias successit in regnum·& ex eo
argiui appellati sunt·qui & iam ab eis post obitum ut deus ha
beri cepit·templo et sacrificio honoratus ¶ Achei qui et achiui
ab acheo iouis filio dicti ¶ Pelasgi nominati·quia cū velis pan
sis verno tempore aduenisse italiā visi sunt ut aues. Primo enim
eos varro italiam appulisse commemorat. Graeci vero pelasgos
iouis & larisse filios perhibent dictos. ¶ Mirmidones fuerunt
achillis socii. Molopes pirrhi. Dicti autem mirmidones propter
astuciā· quasi mirmice id est formice. Eratostenes autem dicit
dictos mirmidōes a mirmidone duce iouis & eurimodose filio

Cecropi atheniensium regi successit granus· cuius filia athis no
men & regioni & genti dedit· & ex ea attici cognominati· qui
sunt athenienses ¶ Ion vir fortis ex suo nomine eosdem atheni
enses vocauit iones ¶ Macedones a nomine maceonis regis an
tea emaci nuncupati sunt. Postea macedones dicti a macedone
rege deucalionis materno nepote ¶ Epirote a pirrho achillis fi/
lio prius pirrhide·postea vero a pirrho rege ad italiam transire
presumpserunt ¶ Dorus neptuni & elepis filius fuit·vnde dori
& originem & nomen ducunt. Sunt autem pars grecie gentis
ex quibus &iam cognominata est tercia lingua grecorum que
dorica appellat̄ ¶ Lacedemones a lacedemone semele filio dicti
Hi diu perseuerantes in bello contra messenios· veriti ne diutur
nitate prelii spem prolis perderent· preceperunt·ut virgines eoꝝ
cum iuuenibus domi relictis concumberent· sicq; ex ꝓmiscuo
virginum & maritorum concubitu iuuenes de incertis parenti
bus nati sunt & ex nota materni pudoris spartani vocati sunt·
Nam ip̄os esse spartanos quos & lacedemōes ¶ Spartanos ve/
ro propter repentinos aduentus aduersus cadmum quasi de ter
ra contractos & ex omni parte confluitos ita vocatos ¶ Traces
ex filio iaphet·q vocatus est tiras & orti et cognoīati ut supius
dictum est perhibentur·licet gentiles eos ex moribus ita dictos
existiment· & ꝙ sint truces· seuissimi enim omnium gentium
fuerunt. Vnde & multa de eis fabulosa memorant̄· ꝙ captiuos
diis suis litarent·& humanum sanguinem in ossibus capitum
potare soliti sunt·de quibus virgilius. Neu fuge crudeles terras
fuge litus auarum·quasi crudelium & auarorum ¶ Stratorum
gens originem a cholchis ducit·qui missi ad argonautas perse/
quendos·ut a ponto intrauerunt histrum fluuium a vocabulo
amnis quo a mari recesserāt appellati sunt ¶ Romani a romuli
nomine nuncupati·qui vrbem romam condidit·gentiq; & ciui
tati nomen dedit. Hi ante a saturno saturnini·a latino latini vo
cati sunt. Nam latinus italie rex fuit·q ex suo nomīe latinos ap
pellauit·q postea romani nuncupati sunt. ¶ Hi & qrites dicti
quia quirinus dictus est romulus·ꝙ semper hasta vtebat̄· que
sabinorum lingua quiris dicitur. Italus quoq; et sabinus & sica
nus fratres fuerunt· ex qbus nomīa populis imposita & regio/
nibus sunt. Nā ab italo itali·a. Sabino sabini·a. Sicano sicani q
& siculi cognomīati sunt·idem et sicilienses ¶ Tusci italie gens

est a frequentia sacrorum & thuris vocata·id est a notyticcazin
¶ Vmbri italiae gens est·sed gallorum veterum propago· qui
appenninum montem incolunt·de quibus historie perhibent·
eo q̄ tempore aquose cladis himbribus superfuerint·& ob hoc
vmbrios graece nominatos· ¶ Marsi gens italie·dicta a comite
liberi marsia· qui vsum illis vitium ostendit· & ob hoc illi sta/
tuam fecerūt· quā postea romani victis marsis tulerūt. Marsos
autem graeci tuscos vocant·quasi q̄ multos serpentes
habeant·koic serpēs dicatur· illesos autem esse carminum male/
ficiis. Inhabitant autem plagam appennini montis·simul cum
vmbris ¶ Gothi a magog filio iaphet nominati putantur·de si
militudie vltime sillabe·quos veteres magis gethas q̄m gothos
vocauerunt·gens fortis & potentissima·corporum mole ardua·
armorum genere terribilis·de quibus lucanus. Hic dacus p̄mat
inde gethes occurrat hiberis ¶ Daci autem gothorum soboles
fuerunt·& dictos putāt dacos quasi dagos· quia de gothorum
stirpe creati sunt·de q̄bus ille ibi arcos ꝓcul vsq; dagos ¶ Bessi
barbari fuerunt· quia multitudine boum sic vocati credunt̄· de
quibus quidam. Qui colit terre medio·vel ille diuitis multo bo
ue pilleatus accola ripe. ¶ Gipedes pedestri prelio magis q̄m
equestri sunt vsi·& ex hac causa ita sunt vocati ¶ Sarmate patē/
tibus campis armati inequitabant·priusq̄m eos lentulus danu
bio prohiberet·atq; inde ob studium armorum sarmate nuncu
pati existimantur ¶ Lanus fluuius fertur vltra danubiū·a quo
alani dicti sunt· sicut & populi inhabitantes iuxta lemannum
fluuium alemanni vocantur. De quibus lucanus. Deseruere ca
ua tentoria fixa lemanno ¶ Longobardos vulgo ferunt nomi/
natos·a prolixa barba & nunq̄m tonsa ¶ Vindelicus amnis ab
extremis galliae erumpens·iuxta quem fluuium inhabitasse &
ex eo traxisse nomē wandali perhibentur. ¶ Germanice gentes
dicte·q̄ sint immania corpora· immanesq; nationes· seuissimis
durate frigoribus·qui mores ex ip̄o caeli rigore traxerūt·feroces
animi·& semper indomiti·raptu venatuq; viuentes. Horū plu/
rime gētes·varie armis·discolores habitu· linguis dissone·et ori
gine vocabulorum incerte·ut tolerate· samsiuari· quadi·tungri·
marcomanni·brutheri·camasi·blangiane· tubantes· quorū im/
manitas barbarie·& iam in ip̄is vocabulis horrorem quendam
significat ¶ Sueui pars germanorū fuerunt in fine septentriōis

De quibus lucanus. Fundit ab extremo flauos aq̃lone sueuos
Quorum fuisse centum pagos & populos multi prodiderunt.
Dicti autem sueui putantur a monte sueuo. qui ab ortu initiũ
germanie facit. cuius loca incoluerũt ¶ Burgundiones quondã
a romanis subacta interiore germania per castrorũ limites posi
ti a tiberio cesare in magnam conualuerunt gentem. atq; ita no/
men ex locis sumpserunt. quia crebra per limites habitacula cõ/
stituta burgos vulgo vocant. Hi postea rebelles effecti romanis
plus q̃m octoginta milia armatorum ripe rheni fluminis inse/
derunt. & nomen gentis obtinuerunt ¶ Saxonum gens in oc/
ceani littoribus & paludibus inuis sita. virtute atq; agilitate ha/
bilis. Vnde & appellata. q; sit durum et validissimum genus ho
minum. & prestans ceteris piraticis ¶ Franci a quodam ꝓprio
duce vocari putantur. Alii eos a feritate morum nũcupatos exi/
stimant. Sunt enim in illis mores inconditi. naturalis ferocitas
animorum. ¶ Britones quidam latine nominatos suspicantur.
eo q; bruti sint. gens intra oceanum interfuso mari. quasi extra
orbem posita. De quibus virgilius. Toto diuisos orbe britãnos
¶ Scoti propria lingua nomen habent a picto corpore. eo q;
aculeis ferreis cum atramento variarũ figurarum stigmate an/
notentur ¶ Galli a candore corporis nuncupati sunt. gala enim
graece lac dicitur. Vnde & sibilla sic eos appellat. cum ait de his
Tunc lactea colla auro innectuntur. Secundum diuersitatem
enim caeli. & facies hominum. & colores. & corpoꝝ quãtitates
& animorum diuersitates existunt. Vnde. Romanos graues. Gre
cos leues. Afros versipelles. Gallos natura feroces atq; acriores
ingenio peruidemus quod natura climatum facit ¶ Galli autẽ
senones antiquitus ;enones dicebantur. q; liberum hospicio re/
cepissent. Postea ;. in s. litteram cõmutata est ¶ Vacca oppidum
fuit iuxta pireneum. a quo sunt cognominati vaccei. de quibus
creditur dixisse poetam. Lateq; vagantes vaccei. Hi pirenei iugis
per amplam montis habitant solitudinem. Idem & vascones.
quasi vaccões. c. in s. litteram demutata. quos gneus pompeius
edomita hispania. & ad triumphum venire festinans de pirinei
iugis deposuit. & in vnum oppidum congregauit. Vnde & cõ
uenarum vrbs nomen accepit. ¶ Hispani ab hibero amne. pri/
mum hiberi. postea ab hispalo hispani cognomiati sunt ¶ Gal
leci a candore dicti fingũtur. Vnde & galli. Reliqs eni hispanie

populis candidiores existunt. Hi grecam sibi originem asserunt
Vnde et naturali ingenio callent. Siquidem post finem troiani
belli teucrum morte aiacis fratris inuisum patri telamoni dum
non reciperetur in regnum·ciprum concessisse ferunt·ibiq; vrbē
nomine antique patrie salamiam condidisse· inde ad galleceam
profectus·expositis sedibus·ex loco nomē genti dedisse ¶ Astu/
res gens hispanie·vocati eo q; circa isturiam flumen septi mon/
tibus siluisq; crebris inhabitent ¶ Cantabri gens hispanie·a vo
cabulo vrbis & hiberi amnis cui insidunt. Horū animus perti/
nax·& magis ad latrocinandum et ad bellandum ad perpecien
dum verbera semper parati ¶ Celtiberi ex gallis celticis fuerūt·
quorum ex nomine appellata est regio celtiberia. Nam ex flu/
mine hispanie hibero vbi consederant·& ex gallis qui celtici di/
cebantur mixto vtroq; vocabulo celtiberi nuncupati sunt ¶ Afri
appellati ab vno ex posteris abrahe·qui vocabatur afer·q dicit
duxisse aduersus libiam exercitum·& ibi victis hostibus conse/
disse·eiusq; posteros ex nomine attaui & afros & africam nun/
cupasse ¶ Peni autem carthaginenses sunt a fenicibus nūcupati
qui cum didone profecti sunt ¶ Tirigi vero a tiria vrbe fenicū
nuncupati·de qua profecti sunt·& in affrice litus venerūt ¶ Ge
tuli gethe dicuntur fuisse· qui ingenti agmine a locis suis naui/
bus conscendentes loca sirtium in libia occupauerūt· & quia ex
gethis venerāt·deriuato noīne gethuli cognominati sunt. Vnde
et oppinio est apud gothos ab antiqua cognatione mauros cō
sanguinitate propinquos sibi vocare. Affricam autem initio ha
buere libies·deinde afri·post hec getuli· postremū mauri et nu/
mides ¶ Mauri & numides ut afri putant sic sumpserunt et ex
ordium & vocabulum. Nam postq̄m in hispania hercules in/
teriit·et exercitus eius compositus ex variis gentibus·amisso du
ce passim sibi sedes querebant·& ex eo numero medi & perse et
armeni nauibus in affricam transuecti·proxima maris loca oc/
cupauere. Sed perse dum materiam in agris pro constrendis
domiciliis non inuenissent·et ignara lingua commercium pro/
hiberet· per patentes agros & diuersas solitudines vagabantur·
& a pabulationibus vagabundi·semetipsos propria lingua nu/
mides appellauerūt·id est sine oppido vagos & errātes ¶ Medi
autem cum libiis se miscuerunt·qui proxima hispania inhabita
bant· quorum nomē paulatim libies corrupere barbara lingua

mauros ,ppter medos appellantes·licet mauri ob colorem a gre
cis nominentur. Graeci enim nigrum mauron vocant·estifero
enim calore afflati·speciem atri coloris ducunt ¶ Massilia ciui/
tas affrice est·non longe ab athlante & ortis hesperidum· a qua
ciuitate massili exorti sunt· quos nos corrupte massulos voca/
mus. De quibus virgilius. Hinc michi massile gentis monstra
ta sacerdos. ¶ Gaudali gentes sunt a meridie vsq; oceanũ hespe/
rium peruagantes. His nomen gauloen insula dedit·que ẽ iuxta
ethiopiam·vbi nec serpens nascitur·nec viuit ¶ Garamantes po
puli affrice prope cirrenas inhabitantes·a garamante rege appol
linis filio nomiati·qui ibi ex suo nomine garama oppidum cõ
didit. Sunt autem proximi gentibus ethiopum. De quibus vir
gilius. Extremi garamãtes·extremi aũt q a seui·& a ꝯsorcio hu/
manitatis remoti ¶ Hesperii vero sunt qui circa hispaniam cõ/
morãtur. Nam hispania hesperia dicitur ¶ Ethiopes dicti a fi/
lio cham·qui vocatus est chus·ex quo originem trahũt. Chus
enim hebraica lingua ethiops interp̃tat̃. Hi quõdam ab indo flu
mine consurgentes iuxta egiptum nilum & oceanum in meri/
die sub ipa solis vicinitate insederũt. Quorum tres sunt populi
hesperi·garamantes·& indi. Hesperi sunt occidentis. Garamãtes
tripolis. Indi orientis ¶ Trogodite gens ethiopum·ideo nuncu
pati·q; tanta celeritate pollent·ut feras cursu pedum assequãtur
¶ Pamphili & hi in ethiopia sunt· q̃bus esca est quicquid mã/
di potest· & omnia fortuitu gignentia· inde & appellati sunt.
¶ Lethiophani q; venando in mari valeant· & piscibus tãtum
alant̃. Hi post indos montanas regiones tenent·quos subactos
alexander magnus pisces vesci prohibuit ¶ Antropophagi gẽs
asperrima sub regione siricum sita·qui quia humanis carnibus
vescuntur·ideo antrophagi nominantur·itaq; sicut his ita & ce/
teris gẽtibus per secula aut a regibus·aut a locis·aut a moribus
vel ex quibus libet aliis causis immutata vocabula sunt·ita ut p̃
ma origo nominis eorum temporũ vetustate nõ pateat. ¶ Iam
vero hi q antipode dicuntur·eo q; cõtrarii esse vestigiis nostris
putantur·ut quasi sub terris positi aduersa pedibus nostris cal/
cent vestigia·nulla ratione credendum est·quia nec soliditas pa
titur nec centrum terre·sed neq; hoc vlla historie cognitione fir/
matur·sed hec poete quasi ratiocinando coniectant. ¶ Titanas
autem quosdam in graecia ferunt fuisse robustos & excellentes

viribus populos·quos ferunt fabule ab irata cõtra deos terra ad
eius vltionem creatos. Vnde & titanes dicti sunt a notoyticoc·
id est ab vltione· q; quasi vlciscende matris terrae causa·in deos
armati existerent·quos fabule a ioue bello fuisse superatos atq;
extinctos fingunt·,ꝓpter q; de celo iactis fulminibus interierũt

De. Regnis milicieq; vocabulis Ca·iii

Regnum a regibus dictum. Nam sicut reges a regẽdo
vocati·ita regnum a regibus. Regnum vniuerse natio
nes suis queq; habuere tẽporibus·ut assirii· medi·pse·
egiptii·greci·quorum vices sors temporum ita volutauit·ut al/
terum ab altero solueretur. Inter omnia autem regna terrarum
duo regna gloriosiora traduntur· assiriorum primo· deinde ro/
manorum·ut tẽporibus et locis inter se ordinata atq; distincta
Nam sicut illud prius & hoc posterius·ita illud in oriente·hoc
in occidente exortum est. Deniq; in illius fine·huius initiũ con
festim fuit. Regna cetera ceteriq; reges velut appendices istorum
habent. Reges a regendo vocati. Sicut enim sacerdos a sancti/
ficando·ita & rex a regendo. Non autem regit·qui non corrigit·
Recte igitur faciendo·regis nomen tenetur·peccando amittitur.
Vnde & apud veteres tale erat prouerbiũ. Rex eris si recte facias
si non facis nõ eris. Regie virtutes ꝑcipue due·iusticia & pietas·
Plus autem in regibus laudat̃ pietas·q̃m iusticia. Nam iusticia
per se seuera est Consules appellati a consulendo·sicut reges a
regendo· & sicut leges a legendo. Nam cum romani regum su/
perbam dominationem non ferrent·annua imperia·binosq; cõ/
sules sibi fecerunt. Nam fastus regius non beniuolentia consu/
lentis· sed superbia dominantis erat. Hinc igitur consules ap/
pellati vel a consulendo ciuibus. vel a regendo cuncta consilio·
Quos tamen ideo mutandos per annos singulos elegerunt·ut
nec insolens diu maneret· & moderator cito succurreret. Inde
autem duo pares·quia vnus rem ciuilem· alter rem militarẽ ad/
ministrabat. Regnauerunt autem annis quadringentis sexagita
septem Proconsules subiecti erant consulibus·& dicti procõ/
sules·eo q; vice consulis fungerentur· sicut procurator curatoris
id est actoris Exconsules autem dicti·q; iam a consulatu exi/
erint siue discesserint·peracto vicis sue anno Dictatores qnto
anno post reges expulsos·romani sibi creauerũt dum gener tar
quinii ad iniuriam soceri vindicandam·ingentẽ aduersus romã

collegisset exercitum. Ni qnquennii temporis imperio vtebantur
Plus enim erat honore q̃m consules· qui annuas potestates te/
nebãt. Et dicti dictatores quasi principes & preceptores. Vnde
& magistri populi noiabantur. Vnde & edicta dicunt ¶ Cesaru
nomen a iulio cepit·qui bello ciuili commoto primus romano
rum singularem optinuit principatum. Cesar autem dictus·q;
ceso mortue matris vtero prolatus eductusq; fuerit. Vel q; cum
cesarie natus sit·a quo & imperatores sequẽtes cesares dicti·eo q;
comati essent. Qui enim exsecto vtero eximebantur· cesones &
cesares appellabantur. ¶ Iulius autem dictus·quia ab iulo enee
filio originẽ duxit· ut confirmat virgilius Iulius a magno de/
missum nomen iulo. ¶ Imperatorum autem nomen apud ro/
manos eorum tãtum prius fuit apud quos summa rei milita/
ris consisteret·et ideo imperatores dicti ab imperando exercitui
Sed dum diu duces titulis imperatorius fungerẽtur·senatus cen/
suit ut augusti cesaris hoc tantum nomen esset· eoq; is disting/
ueretur a ceteris gentiũ regibus·quod et sequentes cesares hacte
nus vsurpauerunt. Solet enim fieri ut primi regis nomen & iã
reliqui possideant· sicut apud albanos ex siluii nomine omnes
reges albanorũ siluii appellati sunt. Sicut et apud persas arsaci/
de. Apud egiptios ptolomei. Apud athenienses cecropide ¶ Au
gustus ideo apud romãos nomẽ imperii est· q; olim augerẽt rẽ
publicam amplificando. Quod nomen primus senatus octaui/
ano cesari tradidit· ut quia auxerat terras· ipo nomine & titulo
monstraretur. Num autem idem octauianus iam cesar & im/
perator appellaretur vel augustus. Postea vero dum ludos spec/
taret & pronunciatum esset illi a populo·ut vocaretur & domi
nus·statim manu vultuq; auerso indecoras adulatiões repressit·
& domini appellationem ut homo declinauit· atq; in sequenti
die omnem populum grauissimo edicto corripuit·dominũq; se
post hec appellari ne a liberis quidem suis permisit. Fuit enim
filius actie·que nata est de sorore iulii cesaris ¶ Reges autem ob
hanc causam apud graecos basilei vocantur·q; tanq̃m bases po/
pulum sustinent. Vnde & bases coronas habent. Quanto enim
quisq; magis preponitur·tanto amplius pondere laborũ grauat
¶ Tiranni grece dicuntur·id est latine & reges. Nam apud ve/
teres inter regem et tirannum nulla discretio erat·ut. Mars michi
pacis erat dextram tetigisse tiranni. Fortes enim reges tiranni

vocabantur. Nam tiro fortis. De quibus dominus loquit. Per me reges regnant· & tiranni per me tenet terram. Iam postea in vsum accidit tiranos vocari pessimos atq; improbos reges· luxuriose damnationis cupiditatem· & crudelissimam damnationē in populis exercentes ¶ Princeps & dignitatis modo significat & ordinis· sicut est illud virgilianum. Princeps ardente coniecit lampada turnus· pro primus. Dictus autem princeps a capiēdi significatione· q̃ primum capiat ¶ Dux dictus· eo q̃ sit ductor exercitus· sed non statim quicunq; principes aut duces sunt etiā reges dici possunt. In bello autē melius ducē nominari cōuenit q̃m regē. Nam hoc nomē exprimit in prelio ducētem. Vnde & virgilius. Ducis euādri. Salustius. Quo cupidius in ore ducis sese quisq; bonum. Non dixit in ore consulis ¶ Monarche sunt qui singularē possident principatū· qualis fuit alexander apud grecos· & iulius apud romanos. Hinc & monarcha dicit. Monos quippe singularitas graeco nomine archa principatus est. ¶ Tetrarche sunt quartā partem regni tenētes. Nam tetra quatuor sunt· qualis fuit apud iudeā philippus. ¶ Patricii inde vocati sunt· pro eo q̃ sicut patres filiis· ita prouideant reipublice. ¶ Prefecti dicti· q̃ pretoria potestate presint ¶ Pretores idem q̃ & prefecti· quasi prepositores ¶ Presides vero dicti· q̃ alicuius loci tutelam specialiter tenēt ¶ Tribuni vocati q̃ militibus siue plebibus iura tribuunt ¶ Chiliarchi sunt qui mille presunt militibus· quos nos millenarios nuncupamus· & est grecū nomē ¶ Centuriones dicti eo q̃ centum presunt militibus· sicut quinquagenarii qui in capite sunt quinquaginta militum· sicut decani· ab eo q̃ decem militibus preferuntur. ¶ Miles dictus quia mille erant ante in numero vno. Vel quia vnus est ex mille electus. Romulus autem primus ex populo milites sumpsit & appellauit. Liber vero primus militie ordinem docuit ¶ Miles autem ordinarius dicitur· aut extraordinarius. ¶ Ordinarius est qui per ordinem militat· nec adhuc aliquem consecutus est gradum honoris. Est enim gregarius id est humilis militie ¶ Extraordinarius est qui ob virtutē promouetur ex ordine ¶ Emeriti dicuntur veterani solutiq; militia· qui iam in vsu prelii non sunt· quia mereri militare dicitur· ab stipendiis scilicet que merentur. Idem & veterani dicuntur· quia iam in vsu prelii nō sunt· sed post multos militie labores quietis suffragium consequuntur

¶ Equestres milites dicti·eo ꝙ equo sedeant. Item militat ille in equestri ordine ¶ Tirones dicuntur fortes pueri·qui ad mili/tiam delegantur·atq; armis gerendis habiles existunt. Ni enim non ex sola professione natiuitatis· sed ex aspectu & valitudine corporis existimantur. Vnde & tirones dicti quiq; anteq̃m sa/cramento probati fuerint·milites non sunt. Romane autem mi/litie mos fuit·puberes primo exercere armis. Nam sextodecimo anno tirones militabant·quo & iá solo sub custodibus agebant De quibus virgilius. Et primo flore iuuentus. Seruos sane nũ q̃m militasse constat·nisi seruitute deposita· excepto hannibalis tempore·cũ post carthaginense preliũ in tãta necessitate fuissent romani·ut ne liberandorum quidem seruorum daret̃ facultas. ¶ Desertores vocati· eo ꝙ desertis militaribus officiis euagant̃. Ni in alios numeros militie nomẽ dare prohibentur. Sed si nõ magni temporis culpam contraxerint·cesi numeris suis restitu untur. Sed & qui deserunt exercitum ad hostes transeuntes·& ipi desertores vocantur. ¶ Conscripti milites dicuntur·quia in tabulis conferuntur·ab eo qui eos ducturus est·sicut transcripti vocantur·cum de alia in aliam legionẽ transeunt· & inde trans scripti·quia nomina dant ut transcribantur. ¶ Optiones dicti ꝙ sint electi. Nam optare eligere est·sicut est illud. Optauitq; lo cum regno·id est elegit ¶ Excubitores dicuntur·pro eo ꝙ excu bias semper agunt. Sunt enim ex numero militum·& in porti/cibus excubant·propter regalem custodiam. ¶ Excubie autem diurne sunt·vigilie nocturne. Vnde & vigiles. ¶ Velites erant apud romanos genus militie a volitãdo vocati. Lecti enim agi/litate iuuenes cum armis suis post terga equitum considebant· & mox cum ad hostes ventum esset·equis desiliebant·& cõti/nuo pedites ipsi ex alia parte equitibus per quos aduecti fuerãt dimicantibus hostem perturbant. Ab his igitur velitibus ele/phanti quondam hannibalis retroacti· cum regi iam a suis nõ possent·fabrili scalpro inter aures adacto necabantur. ¶ Castra sunt vbi miles steterit· dicta autem castra quasi casta· eo ꝙ illic castraretur libido. Nam nunq̃m his intererat mulier. ¶ Militia autem a militibus dicta. Aut a multis·quasi multicia·quasi ne/gocium multorum. Aut a mole rerum·quasi moleacia ¶ Legio sex milia armatorũ est·ab electo vocata·quasi lecti id est armis electi. ¶ Proprie autem macedonum falanx. Gallorum caterua

Nostra legio dicitur ¶ Legio autem habet sexaginta centurias·
manipulos·xxx·cohortes·xii·turmas·cc ¶ Centuria est pars ex/
ercitus·in centenos milites diuisa. Vnde & qui his presunt cen/
turiones dicuntur ¶ Succenturiati vero sunt·non qui in prima
sed qui in secunda centuria sunt· tamen stricti &iam ipsi & in
speculis positi in bello sunt·ut si ꝑma defecerit istiipsi quos sub
se diximus laborantibus primis subueniant. Vnde & ad insidi/
andum ponitur succenturiatus· quasi armis dolis instructus·
¶ Manipulus ducentorum est militum·manipuli autem dicti
sunt milites·siue quia boellum primo manu incipiebant·siue q̃
anteq̃m signa essent·manipulos sibi id est fasciculos stipule vel
herbe alicuius pro signis faciebāt· a quo signo manipulares mi
lites cognomiati sunt. De quibus lucanus. Conuocat armatos
extemplo ad signa manipios ¶ Turma·xxx·eqtes sunt·romani
enim equites in vna tribu trecenti fuerunt. De singulis enim cē
turiis·x·dabātur·& fiebat turma ¶ Cohors quingentos milites
habet ¶ Tria sunt militie genera. Sacramētum. Euocatio. Con/
iuratio ¶ Sacramētum in quo post electionem iurat vnusq̃sq;
miles se nō recedere a militia·nisi post completa stipendia id est
militie tempora. Et hi sunt qui habent plenam militiam. Nam
xx·&·v·annis tenentur ¶ Euocatio dum ad subitum boellum
non solum miles·sed & ceteri euocantur. Vnde &iam consul so
lebat dicere. Qui rempublicam salua esse vult me sequat̃ ¶ Con
iuratio que fit in tumultu· quando vicinum vrbis periculum
singulos iurare non patitur·sed repente colligitur multitudo &
tumultuosa in ira conflatur. Haec & tumultuatio dicitur. ¶ In
acie autem iste fere forme sunt. Exercitus. Classis. Nodus. Cu/
neus. Ale. Cornua. Agmen·que formas & nomina ab ipis re/
bus de quibus translata sunt mutuātur. ¶ Acies dicta·q̃ ferro
armata sit· & acumine gladiorum. ¶ Exercitus multitudo ex
vno genere·ab exercitatione belli vocata ¶ Classis dicte propter
diuisionem exercitus· qui postea manipuli dicti sunt. Vnde &
virgilius. Classibus hic locus est·illic acies certare solebāt. Nam
postea et classica nauium dicta ¶ Nodus proprie est densa pedi
tum multitudo·sicut turma equitum. Nodus autem dictus ꝓ
difficultate·q̃ vix possit resolui ¶ Cuneus est collecta in vnum
militum multitudo. Vnde propter q̃ in vnū coit & ipa coitio
in vnum cuneus nominatus est·quasi couneus·eo q̃ in vnum

omnes colliguntur ¶ Ale in exercitu·xxx·equites esse dicuntur
Ale autem equites ob hoc dicti· quia tegunt pedites alarũ vite.
¶ Cornua vocant extremitas exercitus·q̃ intorta sit ¶ Agmen
dicitur cum exercitus iter facit·ab angendo vocatũ id est eundo
Plautus. Quo te agis·et ipe est enim exercitus ambulans. Nam
agmen dicitur·quod in longitudine directum est· qualiter túc
solet esse cum exercitus portis ꝓcedit·quicquid fuerit aliud ab/
usiue dicitur ¶ De. Ciuibus ¶ Ca·iii

De imperiis militiaeq̃ vocabulis ex parte dictum est·
Deinceps ciuium nomina summatim subiungimus
¶ Ciues vocati·q̃ in vnum coeuntes viuant· ut vita
communis & ornatior fiat & tutior. ¶ Domus vnius familie
habitaculum est· sicut vrbs vnius populi· sicut orbis domicilũ
tocius generis humani est. Est autẽ domus genus familie·siue
coniunctio viri & vxoris. Incipit autem a duobus· & est grecũ
nomen ¶ Nam familia est liberi ex liberis legibus suscepti a fe/
more ¶ Genus autem a gignendo & progenerando dictũ·aut
a diffinitione certorum prognatorum·ut natiões que propriis
cognationibus terminate gentes appellantur ¶ Populus est hu
mane multitudinis iuris consensu·& concordi cõmunione soci
atus. Populus autem eo distat a plebibus· q̃ populus vniuersi
ciues sunt·connumeratis senioribus ciuitatis ¶ Plebs autem re/
liquum vulgus sine senioribus ciuitatis. Populus ergo tota ciui/
tas est. ¶ Vulgus vero plebs est ¶ Plebs autem dicta a plurali/
tate·maior est enim numerus minorũ q̃m maiorum. Populus
vero coyxnamoic dicitur· id est cito cuoatic. Vnde & populus
dictus est. Grece autẽ populus Laos dicitur a lapidibus. ¶ Vul
gus est passim inhabitans multitudo· quasi quisq̃ quod vult.
¶ Tribus dicuntur tanq̃m curie & congregationes distincte
populorum. Et vocate tribus ab eo q̃ in principio romani tri/
farie fuerunt a romulo dispartiti·in senatoribus militibus·et ple
bibus. Que tamen tribus nunc multiplicate nomen pristinum
retinent. ¶ Senatui nomẽ etas dedit·q̃ seniores essent. Alii a si/
nendo dictos accipiunt senatores. Ipsi enim agendi facultatem da
bant ¶ Senatusconsultus a consulendo & tractando est dictus
quod sic fit ut consulat·& nocere non possit ¶ Patres autem ut
Salustius dicit a cure similitudine vocati sunt. Nam sicut patres
filios suos·ita illi rempublicam alebant. ¶ Patres conscripti·q̃a

dum romulus decem curias senatorum elegisset· nomina eorũ
presente populo in tabulas aureas contulit·atq; inde patres con/
scripti vocati ¶ Primi ordines senatorum dicuntur illustres. Se
cundi expectabiles. Tercii clarissimi. Iam inferius quartum ali/
quod genus nõ est·q̃muis autem senatoria quisq; origine esset·
vsq; ad legitimos annos eques romanus erat· deinde accipiebat
honorem senatorie dignitatis ¶ Censores apud romãos veteres
erant. Est enim nomen censoris dignitas iudicialis·censere enĩ
iudicare est. Item censores sunt patrimoniorum iudices·a censu
eris appellati. ¶ Iudices dicti quasi ius dicentes populo·siue q;
iure disceptent. Iure autem disputare est iuste iudicare. Non est
autem si non est iusticia in eo ¶ Presides rectores sunt ,puincie
dicti q; presunt ¶ Pretores autem quasi preceptores ciuitatis &
principes ¶ Idem et questores quasi quesitores·eo q; questioni
bus presunt·consilium enim & causa apud eosdem. ¶ Proceres
sunt principes ciuitatis·quasi procedes·q; ante omnes honore p
cedant. Vnde & capita trabium que eminent extra parietes pro
ceres dicuntur·eo q; prima procedant. Hinc autem ad primores
facta translatio· q; a cetera multitudine prominent. ¶ Tribuni
dicti·q; plebi iura vel opem tribuunt. Constituti sunt autẽ sex/
to anno post reges exactos. Dum enim plebs a senatu & consu
libus premeretur·tunc ipa sibi tribunos quasi proprios iudices
& defensores creauit· qui eorum libertatem tuerentur· qui eos
aduersus iniuriam nobilitatis defenderent. Vnde & defensores
dicti·eo q; sibi plebem commissam contra insolentiã improbo/
rum defendant. At contra nunc quidem euersores·non defenso
res existunt ¶ Numerarii vocati sunt·qui publicum nummum
erariis inferunt ¶ Functi ab eo q; fungantur officio & honore
aliquo dicti. Hinc et defunctos mortuos dicimus·qui comple
uerunt vite officia·nichil enim iam faciunt. ¶ Municipes sunt
in eodem municipio nati·ab officio munerum dicti·eo q; pub/
lica munia accipiunt. Munia enim officia sunt. Vnde et immu/
nes dicuntur·quia nullum gerunt officium ¶ Municipales ori
ginales ciues et in locum officium gerentes ¶ Decuriones dicti
q; sint de ordine curie· officium enim curie administrãt. Vnde
non est decurio· qui summam nõ intulit·vel curiam participa/
uit. ¶ Curiales autem idem & decuriones. Et dicti curiales·qa
ciuilia munera ,pcurãt et exequunt. ¶ Principales magistratus

& duum iurales curialium officiorum ordines sunt. Principales dicti·q; presint magistratibus. ¶ Magistratus vero q; maiores sint reliquis officiis duum iurales. ¶ Tabellio vocatus·eo q; sit portitor tabellarum ¶ Idem exceptor· idem & scriba publicus· quia ea tantum que gestis publicantur scribit ¶ Burgarii a burgis dicti· quia crebra per limites habitacula constituta· burgos vulgo vocant. Vnde & burgundionum genti nomen inhesit· quos quondam subacta germania·romani per castra disposuerunt·atq; ita nomen ex locis sumpserunt. ¶ Collegiati dicũtur q; eorum collegio custodiisq; deputẽtur qui facinus aliquod cõmiserunt. Est enim sordidissimum genus hominum· patre incerto progenitum. ¶ Priuati sunt extranei ab officiis publicis· est enim nomen magistratum habenti cõtrarium. Et dicti priuati·q; sint ab officiis curie absoluti ¶ Mercenarii sunt q seruiunt accepta mercede ¶ Idem & barones greco nomine·q; sint fortes in laboribus. Barion enim dicitur grauis·q; sit fortis· cui cõtrarius est leuis id est infirmus ¶ Publicani appellantur cõductores vectigalium·fisci·vel rerum publicarũ·siue quia vectigalia publica exigunt·vel quia per negocia seculi lucra sectantur. Vnde et cognominati sunt ¶ Villicus ꝓprie ville gubernator est. Vnde & a villa villicus nomen accepit. Interdum autem villicus non gubernationem ville·sed dispensatiõem vniuerse domus tullio interpretante significat·quod est vniuersarum possessionum & villarum dispensatorem ¶ Actores idem & curatores·ab agendo & curando vocati. ¶ Procuratores vero eo q; vice curatoris funguntur·quasi propter curatores·sicut proconsul pro consule ¶ Coloni sunt cultores aduene·dicti a cultura agri· sunt enim aliunde deuenientes·atq; alienũ agrum locatum tenentes· ac debentes conditionem genitali solo·propter agriculturam sub dominio possessoris·ꝑ eo q; his locatus est fundus ¶ Coloni autem quatuor modis dicuntur. Nam coloni aut romani sunt· aut coloni latini·aut coloni auxiliatores·aut coloni iuris priuati ¶ Inquilini vocati·quasi incolentes aliena· non enim habẽt propriã sedem·sed interra aliena inhabitant. Differt autem inter inquilinum & aduenam. Inquilini sunt qui emigrant·& nõ perpetuo permanent ¶ Aduene autem vel incole aduenticii perhibentur sed permanẽtes. Et inde incole·quia iam inhabitatores sunt· ab incolendo ¶ Indigene sunt inde geniti·& ĩ eodem loco nati vbi

vbi inhabitant. ¶ Incola autem non indigenam· sed aduenam
indicat ¶ Peregrini dicti·eo q̃ ignorãtur eorũ parentes·a q̃bus
orti existunt·sunt enim de longinqua regione ¶ Vrbani voca/
bant qui rome habitabãt ¶ Qui vero in ceteris locis oppidani·
Nam sola vrbs roma. Cetera oppida ¶ Famuli sunt ex propria
seruorum familia orti ¶ Serui autem vocabulum inde traxerũt
q̃ hi qui iure possent belli occidi·a victoribus conseruabantur·
et serui fiebant·a seruando scilicet serui appellati ¶ Ancille a si
stentaculo vocate. Ancon enim grece cubitus dicitur. Vnde &
ancone dicimus. ¶ Mancipium est quicq̃d manu capi subdiq̃
potest·ut homo·equus·ouis. Haec enim animalia statim ut na/
ta fuerint·mancipium esse putantur. Nam et ea que in bestiarũ
numero sunt·tunc videntur mancipium esse· quando capi siue
domari cœperint ¶ Ingenui dicti·q̃a in genere habent libertatẽ
non in facto·sicut liberti. Vnde & eos greci eugenes vocant·q̃
sint boni generis. ¶ Libertus autẽ vocatus·quasi liberatus·erat
enim prius iugo seruitutis addictus. ¶ Libertorum autem filii
apud antiquos libertini appellabantur· quasi de libertis nati.
Nunc vero libertinus·aut a liberto factus·aut possessus ¶ Ma/
numissus dicit· quasi manu emissus. Apud veteres enĩ quotiẽs
manumittebãt·alapa percussus circumagebant·& liberos confir
mabãt. Vnde & manumissi dicti·eo q̃ e manu mitterentur ¶ De
diticii primum a deditione sunt nuncupati. Deditio enĩ dicitur
quando se victi aut vincendi hostes victoribus tradunt· q̃bus
hec origo nominis fuit·dum quondam aduersus populum ro/
manum serui armis sumptis dimicassent· victi se dederunt·cõ/
prehensiq̃ varia turpitudie affecti sunt. Ex his quidam postea
a dominis manumissi·propter suppliciorum notas quas mani
feste perpessi sunt·ad dignitatem ciuium romanorum non pe/
uenerunt. Latini ante romam conditam apud latinos fieb nt·
nunq̃m per testamentum·sed per epistolam libertatẽ sume tes
Inde quia per testamentum non fiebant·nec ex testamẽto aliq̃d
capere·nec suos heredes facere poterant·ciues romani postea sub
consulibus per testamẽta in vrbe romana effecti sunt Dicti au/
tem ciues romani·quia testamẽto liberi effecti·in numerum ro/
manorum ciuium redigũtur. His primum aditus erat in vrbe
roma commorari·ceteris autem libertis prohibebatur· ne vel in
vrbe roma·vel infra septimũ ab vrbe miliarium commanerent

De. Affinitatibus & gradibus ¶ Ca·v

Heredi nomen imposuit census eris·soluit enim tributum auctoris. In hoc enim vocabulo pma successio é hereditatis & generis·ut sunt filii & nepotes ¶ Pro heres est·qui loco heredis fungit·quasi pro herede· est enim aut institutus·aut substitutus. ¶ Pater est a quo nascitur initiũ generis. Itaq; is paterfamilias vocatur. Pater autem autem dictus· eo q; patratione peracta filium procreet ¶ Patratio enim est rei venerie consumatio. Lucrecius. Et bene patratio patrum ¶ Genitores autem a gignendo ¶ Et Parentes quasi parientes. Idem & creatores. Crementum enim est semen masculi·vnde animalium et hominum corpora concipiunt. Hinc creatores parentes dicuntur. ¶ Mater dicitur·q; exinde efficiatur aliq;d mater enim quasi materia. Nam pater causa est ¶ Pater autem familias dictus· q; omnibus in familia sua positis seruis· tanq̃m pater filiis patria dilectione consulit· seruorumq; conditionem a filiorum affectu non discernit· sed quasi vnum membrum amplectitur. Hinc enim exortum est nomen paterfamilias. Qui autẽ inique dominantur in seruis·hoc se nomine nequaq̃m reputent appellari. ¶ Materfamilias inde vocatur·quia per quandam iuris solennitatem in familiam transit mariti. Tabule enim matrimoniales instrumenta emptionis sue sunt· alias sicut matrona est mater primi pueri·id est quasi mater nati. Ita materfamilias illa est q̃ plures enixa est. Nã familia ex duobus esse incipit ¶ Auus patris pater est·ab euo dictus·id est ab antiquitate. ¶ Proauus aui pater est·quasi prope auum ¶ Abauus ꝓ aui pater·iam longe ab auo ¶ Attauus abaui pater ¶ Tritauus attaui pater·quasi tetrauus·id est quartus supra abauum. Sed tritauus vltimum cognationis nomen est ¶ Familia autem oritur a patre·terminatur in tritauo ¶ Filius &. Filia a familia dicti sunt. Ipsi enim primi in ordine nascentium existunt. Vnde & cornelia familia stirps ipsa omnis a cornelio orta ¶ Familia autem a femore·femur autẽ genus est·& stirps ostenditur. Nam familia ꝓ seruis abusiue non proprie dicitur. ¶ Stirps ex longa generis significatione vocatur ¶ Gnatus dicitur·quia generatus. Vnde & per g·scribit ¶ Soboles eo q; substitutio sit generis ¶ Quadriperti tus ita autẽ ordo filiorũ é. Vnigenitus. Primogenitus. Medius. Nouissimus ¶ Vnigenitus q; sit vnicus·nec ante nec post vllus

¶ Primogenitus ante quē nullus. ¶ Medius inter omēs ¶ Nouissimus post omēs. Idem & minimus a monade. Nouissimus autem propter q; nouus· q a ceteri precedendo antiquiores existunt ¶ Quatuor &iam modis filii appellantur. Natura. Imitatione. Adoptione. Doctrina. ¶ Natura veluti cum dicunt̄ filii abrahe iudei. ¶ Imitatione ut ipsius abrahe fidem imitantes ex gentibus· dicente euangelio. Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahe· vel sicut eosdem iudeos dominus filios eē dicit diaboli· a quo non nominati vel non nati· sed quē fuerant imitati ¶ Adoptiōe quoq; q humana consuetudine nulli licet nescire· vel sicut nos deo non natura sēd adoptiōe dicimus. Pater noster qui es in cēlis ¶ Doctrina sicut apostolus filios suos appellat· eos quibus euangelium predicauit ¶ Filii autem ideo in legibus liberi appellantur· ut isto vocabulo secernant̄ a seruis q a sicut seruus in potestate est domini· sic filius in potestate est patris. Inde &iam filio fit emācipatio· ut sit liber a patre· sicut fit seruo manumissio· ut sit liberatus a domino ¶ Item liberi dicti quia ex libero sunt matrimonio orti. Nam filii ex libero & ancilla· seruilis conditionis sunt. Semper enim qui nascit̄ deteriorem parentis statum sumit. ¶ Naturales autem dicuntur ingenuarum concubinarum filii· quos sola natura genuit· non hōestas coniugii ¶ Idem & puer a pube ¶ Adoptiuus filius est· q aut patre iusto· aut auo· aut ꝓauo· cuius potestate per mancipationes est traditus in alienam potestatem· quia vtrius fert nomē· ut flauius emilius· vel scipio paulinus ¶ Gemini sunt non duo tantum simul nati· sed etiam plures. De geminis autem vno aborto alter qui legitime natus fuerit vepiscus nominat̄. ¶ Postbumus vocatur· eo q; post humationem patris nascitur· id est post obitum. Iste & defuncti nomen accepit. Sic enim lex voluit· ut quicquid de defuncto nascitur· defuncti nomine appelletur ¶ Nothus dicit̄ q de patre nobili et matre ignobili gignit̄ sicut ex concubina. Est autem hoc nomen grecum· & in latinitate deficit. ¶ Huic contrarius est spurius· qui de matre nobili & patre ignobili nascitur. Item. Spurius patre incerto matre vidua genitus· velut tantum spurii filius· quia muliebrem naturā veteres spurium vocabant· velut a notopoy· hoc est seminis nō patris nomine. Eosdem et fauonios appellabant· quia quedam animalia fauonio spiritu id est austro concipere existimantur·

Vnde et hi qui non sunt de legitimo matrimonio matrem potius q̃m patrem sequuntur. Latine autem spurii quasi extra puritatem·id est quasi immundi ¶ Nepos est qui ex filio natus ē Dictus autē nepos quasi natus post·primū enim filius nascit· deinde nepos·gradus enim substitutionis est ¶ Hinc & posteritas·quasi postera etas. Nepos autē vtriusq; sexus est. Nam ut nepotes dicamus in iure est propter discretionē successionis admissam ¶ Pronepos est·qui ex nepote cōceptus natusq; est. Et dictus pronepos quasi natus porro post. Ex hoc quoq; gradu incipit vocari ¶ Et progenies porro post geniti. Nam filii et nepotes non sunt progenies· quia non est in eis longa posteritas. Sicut autem inferius longe editi progenies dicūtur·ita superius proaui·atauiq; progenitores appellantur·quasi porro generātes· Pronepos dictus·qa prope nepotem. ¶ Abnepos qa seiungit ab nepote. Est enim inter illum & nepotem ,pnepos. Abnepos abnepotis filius ¶ Trinepos adnepotis filius·quia post nepotē quartus in ordine ē quasi tetranepos. Minores autē nō dicimus nisi quotiens graduum deficit nomen· utputa filius·nepos·,p/nepos· abnepos· adnepos·trinepos. Vbi isti gradus defecerint· merito iam dicimus·minores sicut & maiores dicimus post patris·aui·proaui·abaui·ataui·tritauiq; vocabulum

De. Agnatis et cognatis ¶ Ca·vi

Agnati dicti·eo q̃ accedant ,p natis·dum desunt filii· Qui ideo prius in gente cognoscūtur· q̃ veniunt per virilis sexus personas·veluti frater eodem patre natus vel fratris filius·nepos vel ex eo· item patruus propinqtate cognationis ¶ Cognati dicti·qa sunt & ipi propinqtate cognationis coniuncti. Qui inde post agnatos habentur·qa per feminini sexus personas veniūt· nec sunt agnati· sed alias naturali iure cognati ¶ Proximus propter propinqtatem sanguinis appellatus ¶ Consanguinei vocati·eo q̃ ex vno sanguine id est ex vno patris semine nati sunt. Nam semen viri spuma est sanguinis· adinstar aque in scopulos collise· que spumam candidam facit· vel sicut vinum nigrum in calice agitatum spumam albentem reddit. ¶ Fratres dicti·eo q̃ sint ex eodem fructu·id est ex eodē semine nati ¶ Germani vero de eadem genitrice nascendo manantes·nō ut multi dicunt de eodem germine·qui tantū fratres vocantur. Ergo frēs ex eodem fructu. Germāi ex eadem genitrice

manãtes ¶ Vterini vocati·eo q; sint ex diuersis patribus·et vno
vtero editi. Nam vterus tantum mulieris est ¶ Quatuor autem
modis fratres dicũtur in diuinis scripturis. Natura. Gente. Cog
natione. Affectu ¶ Natura ut esau & iacob·andreas & petrus·
iacobus & iohannes ¶ Gente ut omnes iudei fratres inter se vo
cantur·ut in deutronomio. Si autem emeris fratrem tuum qui
est hebreus. Et apostolus. Optabam ego inquit anathema esse
a xpo pro fratribus meis·qui sunt cognati mei secundum carnẽ
qui sunt israhelite ¶ Porro cognatione fratres vocantur q; sunt
de vna familia·id est patria·quas latini paternitates interptantur·
cum ex vna radice multa generis turba diffunditur·ut in genesi
dixit abraham ad loth. Non sit rixa inter me & te· & pastores
tuos & pastores meos·quia fratres sumus. Et certe loth nõ erat
frater abrahe·sed filius fratris eius aran. ¶ Quarto mõ affectu
fratres dicti·qui in duo scinduntur·spiritale & commune. Spi/
ritale quo omnes xpiani fratres vocantur·ut. Ecce q̃m bonum
& q̃m iocundum habitare fratres in vnum. In commune cũ &
omnes homies ex vno patre nati pari inter nos germanitate cõ
iungimur scriptura loquente. Dicite his qui oderũt vos·fratres
nostri vos estis. ¶ Germana ita intelligitur ut germanus·
eadem genitrice manans. ¶ Soror autem ut fratres. Nam soror
est ex eodem semine dicta·q; sola cum fratribus in sorte agniti/
tionis habeatur. ¶ Fratres patrueles dicti·eo q; patres eorũ ger/
mani fratres inter se fuerint. ¶ Consobrini vero vocati·qui aut
ex sorore & fratre aut ex duabus sororibus sunt nati· quasi con/
sororini ¶ Fratrueles autem matertere filii sunt ¶ Sobrini ꝯso/
brinorum filii ¶ Vitis grecum nomen est ¶ Patruus frater pa
tris ẽ·quasi pater alius. Vnde & discedente patre pupillum pri/
or patruus suscipit·& quasi filium lege tuetur. ¶ Auunculus ẽ
matris frater·cuius nomen formam diminutiui habere videtur
quia ab auo venire monstratur ¶ Amita est soror patris·quasi
alia mater ¶ Matertera ẽ soror matris·quasi altera mater ¶ So/
cer est qui filiam dedit ¶ Gener est qui filiam duxit. Gener aũt
dictus· q; ascisatur ad augendum genus. Socer autẽ & socrus
q; generum vel nurum sibi associauit ¶ Vitricus autem q vxo
rem ex alio viro filium aut filiam habentem duxit. Et dictus
vitricus quasi nouitricius·q; a matre superducat̃ nouus. ¶ Pri/
uignus est·qui ex alio patre natus est. Et priuignus dici putat̃

quali priuigenus·quia prius genitus. Vnde et vulgo antenatus
Vocabula a gēte hec videntur declinata genitor·genitrix·agnati
agnate·cognati·cognate·,pgenitores·,pgenitrices·gmani·germāe

Item de predictis affinitatibus Ca·vii

Auctor mei generis michi pater est ego illi filius aut filia
Patris mei pater michi auus est ego illi nepos aut neptis
Patris mei auus michi ,pauus est ego illi ,pnepos aut ,pneptis
Patris mei ,pauus·michi abau9 ē·ego illi abnepos aut abneptis
Patris mei abauus·m̄ atauus est·ego illi adnepos aut adneptis·
Patris mei atauus·m̄ tritauus est·ego illi trinepos aut trineptis

De. Patruis

Patris mei frater·michi patruus est·ego illi fratris filius aut filia
Patrui mei pater·m̄ pat̄ magn9 ē·ego illi filii frat̄s filio aut filia
Patrui mei au9·m̄ ,ppatru9 ē·ego illi filii filie nepos aut neptis
Patrui mei ,pau9·m̄ adpatru9 ē· ego illi nepotis ā neptis filio fi

De. Amitis

Patris mei soror michi amita est·ego illi fratris filius aut filia
Amite mee mat̄·m̄ amita magna ē·ego illi filie frīs filio ā filia·
Amite mee auia·michi ,pamita est·ego illi neptis filius aut filia
Amite mee ,pauia·m̄ abamita est·ego illi neptis nepos ā neptis

De. Auunculis

Matris mee frater·m̄ auúculus ē·ego illi sororis filius aut filia
Auúcli mei pat̄·m̄ auúculo magno ē·ego illi filii sororis fil·ā fi·
Auúcli mei au9·m̄ ,pauúculo ē·ego illi filii sororis nepos ā nep
Auúculi mei ,pau9·m̄ abauúculus ē·ego illi neptis filius ā filia

De. Materteris

Matris mee soror·m̄ matertera est·ego illi sororis filius aut filia
Materte mee soror·m̄ mat̄tera magna ē·ego illi sororis ne·ā nep
Auie mee soror·m̄ abmat̄tera ē·ego illi ,pnepos sororis ā ,pnept
Proauie mee soror·m̄ ,pmat̄tera ē·ego illi sororis neptis fili·ā fil

Stemma Stirpis Humane



Stemmata dicuntur ramusculi quos aduocati faciũt in genere cum gradus cognationum partiuntur· utputa·ille illius filius· ille pater·ille auus·ille agnatus·et ceteri quorum figure hee sunt


abauus
abauia
IIII
patruus pro amita
V
pauus
pauia
III
pauunculus p matteru
V
Horum filius filia
VI
patruus magnus amita magna
III
auus
auia
II
auunculus magnus mattera mag
III
Horū filius filia
VI
Eorum nepos neptis
VII
ppior sobrinus ppior sobrina
V
patruus amita
III
pater
mater
I
auunculus mattera
III
ppior sobrinus ppior sobrina
V
eorum nepos neptis
VII
horum filius filia
VI
fr pater et amitinus soror patris et amitina
Frater
II
Soror
II
consobrinus consobrina
IIII
Horū filius filia
VI
eorum p nepos p neptis
VIII
horum filius filia
V
fratris filius filia
III
Filius filia
I
sororis filius filia
III
Horum filius filia
V
Eorum nepos neptis
VII
Horum nepos neptis
VI
fratris nepos neptis
IIII
nepos neptis
II
sororis nepos neptis
IIII
eorum nepos neptis
VI
fratris nepos neptis
V
pnepos pnepti
III
sororis pnepos pnepti
V
abnepos abnepti
IIII
Hec est Arbor Consanguinei=tatis


Iste due Cellule abert posite ponuntur ad decorem et ad demonstrandū genera affinitatis. Sed non habent prohibitionem.
Primum genus affinitatis. qd hodie habz prohibitionem.
Primum genus affinitatis. qd hodie hz prohibitiōs
Relictus relicte fratris
Vxor fratris oli relicta
Frater
Primus gradus
Soror
Vir sororis oli relictus
Relicta relicti sororis
Vxor filij fratris
Fratris filius
Secundus gradus
Sororis filia
Vir filie sororis
Vxor nepotis fratris
Fratris nepos
Tercius gradus
Sororis neptis
Vir neptis sororis
Vxor pnepotis fratris
Fratris pronepos
Quartus gradus
Sororis pronepti
Vir pronepti sororis
affinitatis
Arbor

Hec consanguinitas dum se paulatim propaginum ordinibus dirimens·vsq; ad vltimum gradum subtraxerit· & propinquitas esse desierit· eam rursus lex matrimonii vinculo repetit·& quodam modo reuocat fugientem. Ideo autem vsq; ad sextũ generis gradum consanguinitas constituta est·ut sicut sex etatibus mundi generatio et hominis status finitur·ita propinquitas generis·tot gradibus terminaretur

De Coniugiis Ca·viii

Vir sexum significat·non coniugium· nisi adiunxeris· vir eius. Maritus vero &iam sine adiectione con/iugem sonat·et a mare maritus·quasi mas. Est enim nomen primie positionis·quod facit in diminutione masculus· in deriuatione maritus Sponsus a spondendo vocatus. Nam ante vsum tabellarum matrimonii cautiones sibinuicem mitte/bant·in quibus spondebant seinuicem consentire in iura matrimonii·& fideiussores dabant. Vnde admissum est·ut sponsum dicamus virum ab spondendo·et sponsam similiter Ceterum proprie spondere velle est. Ergo sponsus nõ qa pmittit·sed qa spondet & sponsores dat. Arrabo dicta quasi arra bõa·quod enim datur pro cõiugio·bene datur·quia coniugiũ bonum est· quod vero causa fornicationis· aut adulterii· malum est. iccirco arrabo non est. Dicta autem arra a re pro qua traditur. Est autem arra non solum sponsio coniugalis·sed &iam pro qualibet promissa re data·ut compleatur. Proci nuptiarum petitores· a precando et petendo dicti Pronuba dicta·eo q; nubentibus preest·queq; nubenté viro coniungit Ipsa est & paranimpha nam nimpha sponsa in nuptiis. Et nimpha pro lauationis officio·quod et ad nomen nubẽtis alluditur Coniuges appellati a prima desponsationis fide·q̃muis adhuc inter eos ignoretur cõ/iugalis concubitus· sicut maria ioseph cõiunx vocat·inter quos nec fuerat·nec futura erat·carnis vlla commixtio. Coniuges autem verius appellantur propter iugum quod imponitur matrimonio coniungendis. Iugo enim nubentes subiici solent·ppter futuram concordiã ne separẽtur. Nuptie dicte q; vultus·suos velent·translatũ nomen a nubibus·qbus tegitur cœlum. Vnde & nuptie dicuntur·q; ibi primum nubentium capita velantur Obnubere enim cooperire est Cuius cõtraria est innuba·hoc est innupta·que adhuc vultũ suum non velat Vxores vocate

quasi vnxiores· moris enim erat antiquitus·ut nubentes puelle
simul venirẽt ad limen mariti & postes·& anteq̃m ingrederent̃
ornarẽtur laneis vittis·& oleo vnguerent̃·Et inde vxores dicte·
quasi vnxiores. Que ideo vetabant̃ limina calcare· q̃ illic ianue
& coeant·et separentur ¶ Matrona est que iam nupsit·& dicta
matrona·quasi mater nati· vel q̃a iam mater fieri potest. Vnde
& matrimonium dictum. Distinguitur autem inter matronã
& matrem·& matremfamilias. Nam matrone quia iam in ma
trimonium conuenerunt. Matres quia genuerunt. Matresfami/
lie·quia iam per quandam iuris solennitatem in familiã mariti
transierunt ¶ Monogamus dictus·quia vni tãtum nupsit·mo
nos enim apud grecos vnum dicitur·gamos nuptie interp̃tant̃·
¶ Digamus autem & trigamus a numero vxorum vocatus·
quasi a duobus vel tribus mulieribus ¶ Vidua vocata·q̃ cum
viro vno fuerit· nec circa consortium alterius viri post mortem
coniugis primi adheserit. Nam que alteri post mortem prioris
viri nupserint vidue non dicuntur. Item vidua dicta·q̃ sola sit·
nec circa consortiũ alterius viri coniugalia iura custodit ¶ Fra/
tris vxor fratrissa vocatur ¶ Mariti frater leuir dicitur· ¶ Duo/
rum inter se fratrum vxores ianices vocantur· quasi eandem ia/
nuam terentes·vel per eandem ianuam iter habentes ¶ Viri so/
ror glos appellatur ¶ Sororis vir speciale nomen nõ habet·nec
vxoris frater ¶ Matrimonium est nobilium iusta conuẽtio &
conditio. ¶ Coniugium est legitimarum personarum inter se
coeundi & copulandi nuptie. Coniugium est dictum·q̃a con/
iuncti sunt·vel a iugo quo nuptiis copulant̃·ne resolui aut sepa
rari possint ¶ Connubium autem non a nupta·sed a nubendo
formatum. Dicitur autem cõnubium cum equales in nuptias
coeunt·utputa ciues romani· pari vtiq; dignitate. Connubium
autem non est· cum ciuis romanus cum latina iungit̃· quotiẽs
autem connubiũ non est filii patrẽ non sequunt̃. ¶ Himeneus
a quodam himeneo·qui primus prospere vsus est nuptiis·vel a
notoymenoc·quod membrane virginitatis est claustrũ ¶ Con
tubernium est ad tempus coeundi conuentio. Vnde et taberna
culum·quod modo huc·modo illuc prefigitur. ¶ Repudium ẽ
quod sub testimonio testium vel presenti vel absenti mittitur.
¶ Diuorciũ est quociensc̃unq; dissoluto matrimonio alter eoꝝ
alteras nuptias sequitur. Diuortium autẽ dictum a flexu viarũ

hoc est via in diuersa tendens. ¶ Friuolum est cum eo animo separantur·ut rursum ad seinuicem reuertãtur. Nam friuolum est velut quasse mentis & effluxe nec stabilis. Proprie aũt friuola vocantur·fictilia vasa inutilia. ¶ Tres autem ob causas ducit vxor. Prima est causa prolis·de qua legit in genesi· & benedixit eos dicẽs. Crescite & multiplicamini. Secunda causa adiutorii· de qua ibi in genesi dicitur. Non est bonũ homiem esse solum· faciamus ei adiutorium simile. Tercia causa incontinẽtie. Vnde dicit apostolus ut qui se non continet nubat ¶ In eligendo marito quatuor expectari solent· virtus·genus·pulcritudo·sapiẽtia Ex his sapientia potentior est ad amoris effectum. Refert haec quatuor virgilius de Enea· q̃ his dido impulsa est in amorem eius. Pulcritudine·quam sese ore ferens. Virtute·quam forti pectore & armis. Oratione. Heu quibus ille iactatus factis q̃ bella exhausta canebat. Genere. Credo equidem nec vana fides genus esse deorum ¶ Item in eligẽda vxore quatuor res impellunt homiem ad amorem. Pulcritudo. Genus. Diuitie. Mores. Melius tamen est si in ea mores querantur·q̃m pulcritudo. Nunc autẽ ille queruntur quas aut diuicie· aut forma· non quas probitas morum commendat. ¶ Ideo autem femine sub viri potestate consistunt·quia leuitate animi plerumq̃ decipiuntur. Vnde & equum erat eas viri auctoritate reprimi. Proinde & veteres voluerunt feminas innuptas q̃muis perfecte etatis essent propter ipsam animi leuitatem in tutela consistere Finit nonus

INCIPIT · LIBER · DECIMVS · DE · QVIBVSDAM NOMINIBVS · PER · ALPHABETVM · DISTINCTis

ORIGO · QVORVNDAM · NOMInũ IDEST · VNDE · VENIANT · Nõ PENE · OMNIBVS · PATET · Proinde quedam noscendi gratia huic operi interiecimus ¶ De · Quibusdam vocabulis hominũ per denominationem

Licet origo nominum vnde veniant·a philosophis eã teneat rationem·ut per denominationem vel deriuationem homo ab humanitate·sapiens a sapientia denominetur·q̃a prius sapientia·deinde sapiens·tamen claret alia